Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



371

148

Quis putas maior est in regno celorum. Et aduocans
hic puerum statuit eum in medio eorum et dixit.
Amen dico uobis: nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut
pueri. non intrabitis in regnum celorum. Quicumque
ergo humiliauerit se sicut puerulus iste: hic maior est
in regno celorum. Et qui susceperit unum puerum
talem in nomine meo: me suscipit. Qui autem
scandalizauerit unum de pusillis istis. qui in me cre
dunt: expedit ei ut suspendatur mola asinaria in col
lo eius. et demergatur in profundum maris. Ve mu
do ab scandalis. Necesse est enim ut ueniant sca
dala. Verumtamen: ue homini per quem scandalum ue
nit. Si autem manus tua uel pes tuus scandalizat
te. abscide eum et proice abs te. Bonum tibi est
aduitam ingredi debilem uel claudum: quam duas
manus uel duos pedes habentem mitti in ignem et
num. Et si oculus tuus scandalizat te: erue eum et
proice abs te. Bonum tibi est unum oculum habentem
in uitam intrare: quia duos oculos habentem mitti
in gehennam ignis. Videte ne contemnatis unum
ex his pusillis. Dico enim uobis: quia angeli eorum
in celis semper uident faciem patris mei qui in celis est.

Vig. apl. Victor anime. Symon. et iude. Sed
hilo t. dixit d. i. d. s. Qui hic Johannem